

§. 9. Attamen et hoc aperte sciimus, quod nempe omnium horum corporis motuum, qui etiam tres ejus facultates vocantur, ii qui animales sunt praecedunt in actione; his vero statim sensus subministrat; et huic proute famulatur structura (t). Hae autem triplices vires corporis adeo nimis a se invicem dependent, ut non possint supereesse reliquae, cum una deficiat; nec possint se bene habere, cum una male se habeat; adeoque ad hujus definitionis rectam, perfectam et determinatam expositionem exhibenda sunt, cum ipsius naturae essentiam optime repreſentent.

§. 10. Opinio ergo prior cum subsequentibus (§. 2.) cum manca et indeterminata sit, non omnino clare et perfecte istam naturam manifestat. Anima enim non omnia efficit, quae corpori naturaliter insunt (§. 8.), nec omnes ejus actiones; neque solus sensus haec efficere potest, quamvis valde celeriter agat (§. 4.) Quid vero Archaeus ille sit, una cum aethere nemo clare percipit: ea igitur non sunt principium nec possunt merito appellari natura (u).

§. 11. Verum ex iis quae jam antea exposita sunt, realiter haec natura

(t) Gaub. ib. §. 173. 179. (u) Eberhard. ib. p. 9. sequ.